de proprietariis et ponit pro exemplo achor de filiis
israhel qui tulit de anathemate iherico ideo dominus
percussit israhel et dixit ad Iosue Non ero ultra
vobiscum donec huiusmodi hominem conteratis de terra
et ideo dicit hic papa de monasterio expellatur Vbi
mala proprietarii sciendum quod proprietarius est pessimus peccator et peri
culosissimus sibi pessimus quia avarus ideo servit
ydolis quia secundum apostolum et inobediens regule et etiam
deo est periurus quia vovit paupertatem et non servat
eam. et seminator scandali est inter fratres ideo ma
ledictus. iuxta illud Mt xviii Ve homini per quem scan
dala venit. Hec omnia mala insunt proprietario Pe
riculosissimus vero sibi ipsi est. quia nec luxuriosus
nec homicida nec quicumque alius ita malus est
qui aliquando confiteatur suum peccatum vel conteratur ab
intra vel proponat aliquando velle cessare vel ad
ultimum compellatur etiam cessare propter infirmitatem
vel alia impedimenta. Hic vero numquam confitetur id est
peccatum non confitetur penitet nec cessat. quia estimat
sibi licere. et ducit illud vicium proprietatis usque ad
sepulturam et omnia hec peccata supius enarrata.
et totiens se ingerit divinis officiis scilicet missis
et aliis in talibus peccatis Ergo vellet potius esse
suspensor vel latro. quam proprietarius Maledictus
est enim proprietarius inter omnia genera hominum. sicut diabolus
inter omnia genera creaturarum ergo dicit prohibemus
Non dicit consulimus quia non consilium seu illius arbitrium
sed preceptum diffinitorium est sub periculo anime imponendum
Nec ista prohibitio datur pro quolibet sed pro vicario